

ECKBERTVS LEODIENSIS PRESBYTER.



ECkbertus in diuinis scripturis egregie doctus
& in humanioribus literis eruditissimus fuit.
Inde in Leodiensi ecclesia clericus factus, eum lo-
cum sua eruditione & pietate plurimum illustra-
uit, circa annum Domini millesimum sexagesimū.
scripsit is metro & prosa opuscula quædam, quib.
nomen suum ad posteritatis notitiam transmisit.
ex ijs uolumen elegantî metro compositum extat,
quod de ænigmatibus rusticanis inscripsit. Tandē
ub Heinrico quarto uiam uniuersæ carnis ingres-
sus, Leodij quiescit. Trit. in script. Eccles.